



*Stipendium sic quidam dicitur in superioribus
vris parvis fustoria vixi, in liquidis
vris Caesaris frequentibus dalmatibus
Syrus appropinquavit*

*Lyburnarum qui Lyburnarum
nominis sunt Lyburnarum in Colarua
in possessionibus, a Lyburnarum
populis sic appellatur*

440 DE BELLO CIVILI

*Amaro
Gronia vt.*

*Solon oppi
dum vbi
vitiuim.*

*+ Idem factu do
m in obsidione
Capitolij oppidum
vbi in vrbis bello
pim. Trito.*

*Obviorum
audacia in
vrbis do
vt puto*

complexu veniret. Sed post discessum Lyburnaru ex
Illyrico M. Octavius cum ijs quas habebat, nauib. Sa-
lonas peruenit, ibiq; concitatis Dalmatis, reliquisq;
barbaris, Hisa a Caesaris amicitia auertit, conueniunq;
Salonis, cum neq; pollicitationib. neq; denunciatione
periculi permouere posset, oppidum oppugnare insti-
tuit. Est autem oppidum, & loci natura, & colle muni-
tum. Sed celeriter ciues Ro. lignis effectis turribus, se
se munierunt: & cum essent infirmi ad resistendu pro-
pter paucitatem hominu crebris confecti uulneribus,
ad extremu auxilium descenderunt, seruosq; omnes
pueres liberauerunt, & praefectis omniu mulierum
crinibus tormenta effecerunt. Quoru cognita senten-
tia, Octavius quinque castris oppidum circumdedit, atque
uno tempore obsidine & oppugnationib. eos preme-
re coepit. Illi omnia perpeti parati, maximeq; re fru-
mentaria laborabant. Qua de re missis ad Caesarem le-
gatis, auxilium ab eo petebant: reliqua ut poterant per
se incommoda sustinebant, & longo interposito spatio,
cu diurnitas oppugnationis negligetiores Octavia-
nos effecisset, nocti occasione meridiani temporis, di-
scessu eorum pueris mulieribusq; in muro dispositis,
ne quid cotidiane consuetudinis desideraretur, ipsi
manu facta cum ijs quos nuper manumissos liberaue-
rant, in proxima Octauij castra irruerunt. His expu-
gnatis, eodem impetu altera sunt adorti, inde tertia et
quarta, & deinceps reliqua, omnibusq; eos castris ex-
pulerunt,